

Universitätsbibliothek Wuppertal

Svidae historica caeteraque omnia, que ulla ex parte ad cognitionem rerum spectant

Suida <Fiktive Gestalt>

Basileae, 1581

G

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-313)

βρύει.) Vereor ne hulceribus scatenis, afferas aliquid immedicabile, uel medicinam euertas. εισάγεις τὸ αἰσθητόν.

βρύκασα.) Dixit acuto stridens dente, Lacanæ instar.

Μακρὰ σφῶ-
για exprimi
tur.

βρύλλον.) Aristophanes: Indies peroptantem & furantem alere uolo unū presidem: cumque, plenus ubi fuerit, afflictum percellam.

Explicatio
sonant.

βρύσις.) παγὴ Διουγῆς πᾶς νοὸς λύει λύπας. Scaturigo lymvida, animi discutit molestias. ὄνειρον ἐπιτέν.

BRYTIDAE, familia Attica.

Isaurica stra-
g.
Naufragiū.

βρύχι.) Sub imperatore Heraclio 200000 uirorum Isaurico bello perierunt. Qui cum ingentem pecuniam, unā cum auro, argento & preciosis gemmis mitteret: illa omnia submersa sunt sub Sergio patriarcha.

βρύχων.) Dentibus frendens leo.

βοιωτία, καὶ βοιωτικὸν νόμον.) Bœotia, & Bœotius mos. De iis qui initio quieti, post cum impetu irruunt.

βοιωτία ὄσ.) Bœotius porcus. De stupidis & indoctis.

Infelix bubo,
divum mortis
libus omen.

βύας ὠφθη.) Bubo cōspectus est. Dion in Romanorū historiis ait, eam auem cōspectam portendere calamitates.

BYBLIS, soror Cauni, uterq; infelix.

βύβλον.) Hunc fascem librorum Nicæ 30 nori uendi iubet 400 aureis. Qui si recuauerit, semper augeri numerum precij & auri, donec fatigatus tantū det, quantum postrema æstimatione postulatū fuerit.

βύβλος δὲ καρπὸς ὅσων αἰτέων μέγαν.) Bybli seu papyri fructus non postulat spicam magnam. De iis qui suis bonis uti nesciūt: quōd byblus infirma est, nec magnum ferre fructum potest.

BYZANTIUM, sub Seuero imperatore Romanorū munitū fuit muro præclaro, ex lapide molari quadrato. Fuerūt autem turres septem, à Thracia porta ad mare pertinentes: in quarum primam si quis inclamasset, aut lapidem coniecisset, cum ipsa resonabat, tum eundem sonnum secundæ & cæteris omnibus quasi per manus tradebat,

Septem con-
sonantes tur-
res.

Buccinæ
Mosaicæ.

βυκίνη.) Buccinā argenteā excogitauit 50 Moses. Fuerunt autē duæ: quarum una ad exhortationē & conuentum, altera ad conuocandos magistratus utebantur.

LITERA G.

GABAO, urbs: unde Gabaonitæ, populares.

GABINIUS, nomē propriū Rōmanū.

GABII, urbs Latinorum: unde Gabij, & Gabitæ.

GANGES rex Aethiopum, ab Alexandro occisus, statura x cubitorum: ea formæ præstantia, qualis nemo unquam mortalium fuit, fluij Gangis filius. Hic patrē suū Indiam inundantē, in mare rubrū auerit, & cū terra reconciliauit. Unde terra illi & uiuenti copiosas fruges peperit, & mortui necē ultra est. Cum autē Homerus Achillem Helenæ causa Troiam perducit, eūq; xii urbes mari, x i terra cepisse, & raptā muliercula indignatum, atq; etiam interdum immifericordem & sæuum extitisse tradat: Indum cū hoc conferamus. Is igitur urbes LX condidit, eius loci primarias. Neq; uerò quifquam est, qui uastationem urbium, in statione gloriosiore esse censeat. Scythas ultra Caucasum incolentes, terram hanc cū exercitu ingressos, profligauit. Longè autem præstat liberanda patria sua uirum fortem se præbere, quàm seruitute urbem opprimere.

GADARA urbs Cœlesyriæ, quæ & Antiochia & Seleucia dicitur. Gentile, Gadarenus.

γάδαρες, Gades, locus in occidente, finis & uelut effluxus nostri maris in Atlanticum atq; Oceanum, quod ut uadofum (resonans) & tenebrosum trajici nō potuit. γάδαρες uerò dicitur, tanquam terræ collū. Hactenus pgressus Hercules, cum ulterius tēdere nō posset, columnas ab indigenis sumptas erexit: quib. significaret, eō usq; peruiam esse terram & mare.

GAZA, urbs Phœnicie: unde Gazæ.

GAZACA, urbs Mediæ maxima: unde Gazacenus, ut Mazaca Mazacenus.

40 CAIANVS, Arabius sophista, discipulus Apstinis Gadarenensis. Fuit sub Maximo & Gordiano. Scripsit de constructione lib. 5. Artem rhetoricam, & declamationes. Docuit Beryti.

CAIUS Iulius Cæsar, monarcha primus, scripsit metaphrasin Phænomenō Arati, & artem grammaticam Latinè, & de sua uita.

Caius Cæsar, cognomento Caligula, dicendi artem Latinè scripsit.

Caius Romanorum imperator principio res imperij magnificè administrabat, & omnes subiectos populos, ut decet. Sed post biennium naturæ humane oblitus, * patris imitatione se deum fecit: suamq; statuam in omnes urbes misit, in templis collocandā, itemq; in Hieroso-

Fœnerator ob ingenui adolescentis contumeliosam tractationem capitis damnatus.

Affluentia rerum.

Explicatio somnij.

Galatæ Scipio Hannibal.

Brennus.

Galatarum sedes.

193
rosolymitanum templum: edictoq; sanxit, ut * luuenis Caij templū diceret. Seruorū quoq; dominatū instituit, lege lata, ut ijs accusare dominos liceret, si q̄ eorū peccatū uidissent. Vnde ingens calamitas orbē terrarū omnē oppressit: cū serui maximis pœnis dominos subijceret. Quilibet enim cruciar⁹ ab hero suo illatos ulcisci uoluit. Quinetiam nefario furore correptus, uestes muliebres induēbat, & comam plicis quibusdam ornādo, & fœminas imitādo, & omnia flagitia perpetrando: festa quādā excogitabat, & Initia peregrina peragebat. Ac aliquando filia sua in gremio simulacri collocata. Hanc tu (inquit) genuisti, & pater eius legitimus es: vsque adeo porrō impurus & nefarius extitit, tantāq; scelestū seriē cōnexuit, ut Iberij delicta operuerit. Nam quæ * Augustus longo tempore acquisierat: hic uno effudit die: atque omnium maximus adulter, uxores desponsas & nuptas capiebat. * Nutricem suam has intemperias castigantem, aduoluntariam necem compulit Sororum cōsuetudine usus est, & incesto coitu ex earum una liberos suscepit. eiq; ut semideæ templa extrui, & immolari iussit. Tali imperatori Romani traditi sunt, ut Iberij facinora, quamuis atrocissima uisa, Caius tantū superarit, quantum Tiberius Augusti. Hic post Iberiū regnauit, cognomento Caligula.

C. LATORIVS, cognomento Marcus. Ex hoc apparet, quanto Romani odio sint improbos persecuti, & quā nō indulerint ijs, qui cōmunia naturæ iura uiolarent. Hic enim Samnitico bello tribunus militū adolēscēti cuidam cōtubernali forma præstanti prædito, cū neq; blanditijs, neq; muneribus, neq; ullis officijs & obsequiis persuadere, ut copiā sui faceret, neque libidini suæ imperare posset: uim inferre parabat. Quæ hominis immodestia cū per tota castra innotuisset: id Tribuni publicæ ciuitatis iniuriam rati, eum pro concione accusant. Itaq; omnibus suffragijs à populo capitis est damnatus. Neq; enim committendum putabant: ut ij qui potestate ualērent, ingenuis hominibus pro libertate propugnantibus, intolerandas & nefarias iniurias, cum masculi sexus ignominia, inferrēt. Extat & aliud exemplū multo admirabilius, de contumelia seruo facta. Publij F. uinius ex ijs tribunis, qui de ditione facta, sub iugum missi fuerant à

Samnitibus, in magna inopia relictus, mutuū accipere necesse habuit: sperans, se liberalitate amicorum subleuatū iri. Ea spe frustratus, ac præfinito tempore elapso: nexus est ob æs alienum, homo admodum adolēscēs, & formosa facie: ls cætera quidem seruilia officia domino præstabat: sed cum sui corporis facere copiam iuberetur: summa cum indignatione, summaq; ui repugnabat. Quæ de causa flagris sæpe cæsus, procurrit tandem in forum: & loco editiore conscenso, tam fœneratoris petulantiam cōmemorabat, quā uibices ostendebat. Populus itaq; indignitate rei cōmotus, & Reipublicæ id interesse ratus, tribunis accusantibus, capitis illum condemnauit. ob eumq; casum omnes Romani ob æs alienum nexi, lege perlata, pristinam libertatem recuperarunt.

γαλαξίας.) Lacteus circulus, lumen in cælo, quæ est refractio Solaris luminis, cum astra non illuminantur.

γάλα ὀρνίθων.) Lactis gallinacei haustus. De ualde fortunatis, & omnia possidentibus, aut raris de rebus. Aristophanes in Auibus: Dabimus uobis uberem fanitatem, felicitatem, pacem, adolēscēntiam, risum, choros, conuiuia, & lac gallinarū, usque adeo ut defatigemini præ copia bonorum.

γάλα σκεδάζει δυσμενῶν συμβεβηίας: γάλα γαλλῶν πρέζονον πέλει τρώων. Lac dissipat inimicorum consilia: ac tranquillos efficit mores. *ὄνειρον κερτικόν.*

GALATÆ. Scipione Romanorū duce, & Hannibale Carthaginensiū, Romani Galatas in Asia euerterunt: qui fuere pars quādā occidentaliū Gallorū. Olim enim relictis patriis sedib. Galli, Brenno duce, ad c c c m cōuenerunt: ac post diuisi, partim Græciā quæ intra Pylas est, partim Thraciam & Asiā petierunt, qui ad * x x circiter millia fuerūt, de uictisq; nationib. quæ cis Taurum sunt, Asianis penē omnibus, cæteris quidem tributa imposuerunt: ipsi aut locis iuxta Halym fluium occupatis, intra Bithyniam & Cappadociam confederunt. His bellum intulere Romani, quod Antiochū in pugna ad Sipylum adiuuissent. & ad urbem Ancyram eos aggressi, x. m. militaris ætatis strauerunt: reliquos parere sibi, traditis etiam gentibus, quibus imperabant, coegerunt.

γαλαξία.) tormēti genus. Deniq; in galagrā coniectū, ferreis fibulis interpun-

atum undiq; in locis asperis uoluntarūt.

γαλή τερτησία.) siue cuniculus, siue mustela, siue feles Tartesia: Tartesus urbs est extra columnas Herculis, ad Oceanum, ubi maximæ nascuntur mustelæ.

Non unius generis Galeni scripta.

GALENVS, celeberrimus medicus, Pergamēnus, qui sub Marco, Cōmodo & Pertinace imperatorib. Romæ fuit: filio Niconis geometræ & architecti. Multa scripsit, non tantum medica & philosophica, sed etiam grammatica & oratoria. Quæ quia nota sunt omnibus, recense fere nunc superuacaneum esse duxi.

γαλή χιτών.) Mustelæ tunica. Prouerbiū illi simile, Non decet mustelam crocotus. De iniustis hominibus, & nihil proficientibus.

γαλιλαία.

GALILAEA, id est deuoluta: & Galilæi, olim Christiani dicti sunt.

GALIPSAS, urbs Thraciæ, nomen à Galipso Thasi & Telephes filio sortita.

Bucellarij.

GALLOGRAECIA, Bucellariorū regio: ijdem etiam Græcogalli dicuntur.

Galli sacerdotes, prænuntij uictoriæ.

γναί.) Cnæus Romanorū cōsul, in trāsitu ponte iunxit Sangariū fluuiū, profundū & imperiū. Qui cū ad ipsum fluuiū castra posuisset: adueniunt Galli ab Attide & Battaco, Pessinuntii sacerdotibus. matris deorum, qui unā cū formæ etiam signa habebant, dicentes: Annunciare deam uictoriā & dominatū. quos Cneus humaniter suscepit.

Uiris Gallicus, non uiri è Gallis.

ὅτι γάλλοι μὲν γίνονται ἐξ ἀνδρῶν, οὐ δὲ γάλλων ἄνδρες οὐ γίνονται.) Prouerbiū: Galli quidem ex uiris fiunt, sed non item è Gallis uiri.

γάλλος τερεῖν.) Gallos. id est castratos castrare. De rebus superuacuis.

Coniugia nuptialia.

γαμηλία.) Munus quod datur curialibus post nuptias: aut, uxorū ad curiales introductio. Sic interpretatur Didymus grammaticus. & prouerbiū, γαμηλιαὶ εἰσὲν ἐγχεῖν, Nuptiale munus dare. Nā qui uxore duxerat, priusquam liberi nascerentur, testibus adhibitis, in nuptiis dabat aliquid curialibus conuiuij loco.

γαμηλιών.) Gamelion, mēsis Ianuarius.

GANOS, mons iuxta Thraciā: & Ganiada, loca Thraciæ.

GARGARA, urbs Troadis in uertice Idæ, nomē habēs à Gargaro, Iouis & Larissē in * Sicalia filio: unde Gargarensis.

Venter plenus leuior.

γαστῆρ.) Ventrem mihi obiicis, omnium pulcherrimum probrum. Nam is quidē plenus, est leuior: uacuus uerò, grauis.

Hercules.

γαῦρον.) Aristophanes: Nihil æquē im-
perterritum est, atq; Hercules,

γαῦρον.) Timasius, quē Eutropius adducebat, homo ferox & insolēs & in militiā uersatus, honorē & gloriā & opū affluentiā, summū rerum humanarū bonū iudicabat, & suo arbitratu uiuendi licentiam: ut per ebrietatem noctis & dici discrimē ignoraret, ac Solē nec orientem nec occidentem uideret: coelestem uitā iudicans, auocationē à rebus molestis, & luxuriosam socordiā. Quibus à rebus cum se tandem auulisset, animumq; ad gloriæ cupiditatē intendisset, è Pamphylia grauis reuertebatur.

γαῖα χαῖνοι.) terra dehiscat, eūq; deuoret.

GEDEON, dux Hebræorum, præliū cum Madianitis, quibus adiuncti erant Arabes & Amalechitæ, cōmissurus, sub meridiē in summo æstu, diuinitus admonitus, exercitū ad flumen duxit: ut eos qui recumberent, itaq; biberent, animosos iudicaret. (Sacrae literæ animosos tradunt eos, qui canum instar aquā linguis lamberebant, non qui manibus haustam biberent.) Qui uerò festinanter tumultuoseque, eos existimaret id metu hostiū perterritos facere. Inuenti itaq; sunt * CCC, qui manibus tumultuose biberunt.

Gedeon, iudex Israelis, cū iis qui canum instar biberāt, cecidit Madiam, item Oreb & Zeb & Zeboe, & Salmona, principes eorum: & turrim Phanael euerit, & magistratus eorū spinis interfecit, qui VII annos Israelem presserant.

GELADAS, statuarius, Phidiæ magister.

GELA, urbs Siciliae, à flumine iuxta quod sita est, quod pruinam multam gignat, quæ Opicorum & Siculorum lingua Gela dicitur: uel à Gelone, Aetnæ & Hymari. Unde Geleus nomen patrum non Gelous, quod fortasse sit à Gelone. Aristanetus uerò i. libro de Phaselide, ait Laciū & Antiphemū, fratres oraculū Delphicū consuluisse. Cum autem Pythia nihil * ad interrogata respondisset: sed Lacium ad Solis ortum nauigare iussisset: Antiphemo ridente, iussisse ab occasu Solis nauigare: & quam urbem cōdidisset: Gelam nominare.

γελασειω.) Damascius: Negocij exitus etiam non cupienti ridere, magnum nisum extorquebit.

γελασης.) Creon apud Sophoclē: Nec ut derisor adsum Oedipe: Nec ut ueterū malorum ullum tibi obijciam.

γέλυθες.) Et alij capita potum inuitāt, & * pyra.

Larga

197 *Larga pectorum uentribus accessiones.*

γελῶν καὶ ὑπνός, δυσφόρος ἐξείς τρέπας:
Ridens in somnis, asperis eris moribus.

γέλωσ μεγαρικὸς.) Risus Megaricus. Athenienses Megarensium intempestiuas comœdias deridebant.

γέλωσ (συγκρέσι) συγκροτέσι.) Risus immodestus & inhonestus, qui fit cum plausu pedum & manuum.

γέλοι.) Proverbium: Magis (ridiculum efficis) ridiculè facis, quàm qui grana tornare instituunt: aut, perinde facis ac si Myrmecides Phidianæ artis se emulum præbeat.

γελιότερον μελιτίδα.) Magis ridiculè Melitides. De ijs qui ob stulticiam malè audiunt. Melitides enim quidam fuit, què pro fatuo exagitant comici: sicut & Amphistides: quem tradunt magno labore usq; ad quinq; numerare didicisse, ultra uerò progredi non potuisse. Et sponsam suam attingere non fuisse ausum: ueritū ne à puella apud matrem accusaretur. Amphistides autem ignorabat, ex utro parente natus esset.

γῆμα.) Scipio cum * fratris filium aueret ignauia & luxu diffluere, & seditionibus agitari: negauit eū hostes deuieturū, priusquàm suos p imperio cohercuisset.

GENNADIVS patriarcha Cōstantinopolitanus, noctu sacrariū ingressus orandi causa, spectrum uidit diabolicum: idq; clamare audiuit, se illo quidem uiuente cedere: post uerò planè potiturū esse Ecclesia.

γυνῆ ἢ ἐν βαλαντίς.) Nobilis es è crumena. De ijs qui ob diuitias haberi nobiles uolunt. Et:

Opibus potiôr est uir strenuus.

γυνάματ.) Hei mihi miseræ, ut malè habes, de me præclarè meritis: quam è morte eripuisti?

γυρά.) Aetas quibusdā septenos cōtinet annos. Vnde medici uetāt, duas aetates habēti, id est annos XIII nato, uenānci, quòd sanguine adhuc egeat, quòndum in eo redundet: alijs trigenos. Vnde & Nestorem Pyli sepultum uolūt annos uixisse XC. Vnde *τρίγερων καὶ τριπέρων*, id est ter senex dicitur.

GENETHLIVS, Genethlij F. Palæstinus, Petrus, sophista, Minutiani & Aga-

peti discipulus: docuit Athenis, æmulus Callinici, illustris uiri. Solerti fuit ingenio, totaq; declamationē auditā memoriter recitauit. Obijt iuuenis, annos 28 natus. Scripsit sermones seu disputationes, & declamationes inter quas est Exul, semetipsū uēditur post Thebanū excidiū: Propempticū ad suos amicos, Da duchū, Asclepiadem, & Panegyricos.

Memoria ino signis.

γυρεσις.) Anima in mundo (sapientius nascitur) oberrat, obliuione & improbitate onerata.

Mens addita Deo.

γυρεσις.) Isidorus, mundum despuens, animo semper erat in Deum intento: ne que quicquam aliud aut agentem uideres, aut loquentem audires, quàm eadē de iisdem, aut de uirtute & uitio.

γυρεσις.) Antiquior fato est mens, & libera uoluntas.

Fatum. Mens. Voluntas.

γυρετυλλίς.) dea Veneri iuncta, nascendi causa, Genetyllis inde dicta. Alij Dianæ Genetyllidas, & partibus attribuunt.

γυρηλική.) Gignēdi uis, præstātissima & preciosissima est naturalium animæ facultatū. Proxima, uis crescēdi: tertia nutriendi. Nā huius quidē uirtus est, conseruare (indiuuiduum) speciei. I antisper enim salui sumus, dū nutrimur. Crescendi uerò uirtus, ad perfectionē & modū à Natura præfinitū perducit. Quem tā animantes quā stirpes adeptæ, ad id quod Naturæ maximè propositū est, hoc est ad gignēdi facultatem accedūt. Is enim præcipuus Naturæ finis est, ob appetitionem æternitatis, quæ mortalibus per successionem comparatur. Itaq; crescendi uis, generandi collata facultati, materiæ locū obtinet: ut nutriendi uis, si cum facultate crescendi comparetur.

Vis gignendi, crescendi, nutriendi.

Natura æternitatem appetit.

γυρητικῆ.) Gentiles. Eiusdē generis societate cōiuncti: nō quidē ratione cōgnationis & sanguinis, sed ppter familiaras in curias distributas: inter quos talis est cōmunitas: qualis inter muncipes & curiales, cōstitutā lege. Olī em̄ in certas partes distributi fuerūt Athenienses: quarū maximæ trib. dicebātur: eēq; IIII fuere, imitatione quatuor anni tēporū. Rursus unaquæq; tribus tripartita fuit: cuius pars quælibet (*φρατρία τριτύς*) curia & triens nominabatur. Rursus curiæ singulæ in Gētes (*γῆνη*) 30 diuidebātur: è quib. sacerdotia gentilicia, & curiones sorte legebātur: ut numerus dierum anni CCC LXV completeretur. *γυρητικὸς* tradit Philochorus, olim *ὁμοζόλαιος*, id est collectaneos appellatos.

Athenarum distributio.

Virtutes. *ἄρτι.*) Generales, seu cardinales uirtutes IIII sunt: prudentia, fortitudo, temperantia, iusticia.

Geometria. *γεωμετρία.*) Geometria, scientia est eius quod sciri, aut opinione comprehendendi potest. Nam in his Geometria uersatur, inuenta ab Aegyptijs, mandataq; literis, amplitudine terræ & diuisione locorum prius edoctis.

Pifides. GEORGIVS, Diaconus magnæ Ecclesiæ, & Chartophylax, cognomento Pifides: opificium sex dierū tribus millibus uersuum lambicorū exposuit. Scripsit de Heraclio imperatore, & bello Persico, & Abarica, soluta oratione: laudationem martyris Anastasij.

γέρα.) Lustrato exercitu, & premiis, prout æquū erat, in singulos distributis: ita demū imperator mouere bellū instituit.

γέρανδρον μεταφυτεύομενον.) Vetus arbor transplantata. Prouerbiū, de re impossibili: monens, senibus non mandanda esse opera iuuenum.

GERANIA, mons intra Megara & Corinthum: è quo Ino, Athamantem fugiens, in mare desiluit.

Gruum uo latius. *γέρανοι λίθες καταπεπωκῆται.*) Apud Aristophanē: Grues, quæ lapillos deuorant. De ijs qui prudēter aliqd agūt. Grues .n. quia in sublimi uolāt, & ob directū impetū aspectus deorsum impeditur, lapillos gestāt, quos lassatæ uolatu deijciunt, ut sentiant terræ an mari ferantur. Quòd si in mare deciderit lapis, pergūt: si uerò in terram, requiescunt.

GERASA, urbs Cœlesyriæ, cuius urbes sunt 14. Ex hac oriūdus fuit Ariston, orator elegās, ut Philo: & Cerye sophista: & Plato, orator iuriscōsultus: qui de omni disciplinarū genere, tanquā de una, ex tēpore differebat. Idē in defensionibus, & inter assessores, & pro tribunali legū equitati studebat. Patriū nomē est Gerasen⁹.

GERGETHES, nomen urbis.

γέραρε σωτὴν μεγαλορημονῶν.) Prouerbiū: Delecta te magnificè loquendo.

GERÆSTVS, nomē portus, & pagi: in quo est Neptuni edes: à Geræsto louis F. Incolæ Geræstij dicuntur.

Felix Atheniensium teo meritis. *γεραιτερος.*) Fert sermo quidā seniorū: *Quæcumq; inconsiderata & stulta cōsilia cæcæ Omnia nobis bene uertere.* (perimus,

Neptuno enim & Minerua de Attica decertantibus, cū Minerua uicisset, Neptunū dolore repulsē imprecatum urbi esse ferunt, ut Athenienses perpetuò malè consultarent. Quo audito, Mineruā adie-

cisse, ut mala consilia bene cederent.

GERES, nomen est populi pauperis, & calui Chaonū, qui ob molliciem male audiebant.

GERMANIC⁹, Fræcus. Germani qui Rhenū flumē accolūt, Celtæ dicuntur. *γέροντα σωτὴν εἰ βλέπεις, ἔξεις γέρας.*) Senē esse te si uideris, habebis præmiū. *ροκρηπκὸν.* & Prouerbiū: Ne quid unquā in senem beneficij cōtuleris. Moner, nō sine iudicio benefaciendum esse.

γέρον ἀλώπηξ ἔχ' ἀλίσκεται πᾶσι.) Vetus uulpes laqueo non capitur. De ijs qui ob senectutem periti rerum sunt, nec infidiis opportuni.

γέρον βῆς ἀπέθηται δόμοις.) Vetulus bos lugetur à nemine. De ijs qui (suo tēpore) purè mortui sunt.

γέρον πῖθηται ἀλίσκεται μὲν, μὲ γέρον δ' ἀλίσκεται.) Vetulus simius capitur ille quidem, sed tardè capitur. De ijs qui semel cladem acceperunt.

GESIVS, sub Zenone fuit, arte medica celebris, genere Petrus: qui Domno Iudæo, præceptore suo, euerso, & sodalibus penè omnib. ad se pertractis, ubiq; notus magna gloria florebat, nō ob medicū tantū apparatū uel docēdi, uel curā di: sed & ppter cæteras oēs disciplinas.

Quia enim uir erat honoris cupidus, & patiēs laboris, cū cæterarū rerū diligentia, nō ingenio, longo tēpore opinionē sapientiæ sibi cōparauit: tum in actione medica & disputatione subtiliore, omnes ætatis suæ medicos & iatrosophistas id est, medicinæ doctores, superauit. Quāuis autem serò scientiam suam publicè ostentare cœpisset: celeriter tamen euctus est, eaq; floruit, homo pomposus & ostentator: philosophus parum accuratus, sed medicus insignis. Vnde & maximam pecuniam coegit, & Romanas dignitates non uulgares est adeptus. Probo autem probæ naturæ generosum animum. nam Heraiscum, & dum quæreretur à Zenone imperatore, domi suæ occultauit, contempto periculo, & in fuga ex morbo defuncto, iusta honorificè p̄soluit. Basilicus uerò ea de causa missus, Agapium cæterosq; philosophos comprehensos in palatium perduxit.

γέσι.) Romani pilis humi defixis, & galeis impositis, emin⁹ aspiciētibus, eā speciem præbuerūt, quasi in tumulto manerent. *γεφύριζων.*) Sylla uastatis Athenis, parum absuit quin urbem per iracundiam funditus euerteret, ob crebra Aristonis dicte-

... & superb...
... tempore.
... HRAE I...
... & aduen...
... tellus, cum...
... ratega...
... Ter...
... & euaqui...
... omni...
... Nabibus, p...
... quali in...
... Dicunt...
... cogitant...
... uetus...
... moueri...
... terr...
... expectatu...
... lobibus...
... Prouerbi...
... THVA, u...
... Gethusius...
... (ἀλι...
... ciibus...
... forte di...
... ἀει...
... disendo p...
... bium, de...
... res...
... Atille...
... iam tem...
... ut ne eq...
... robustissi...
... bus non c...
... riciem fere...
... (So...
... ab ille...
... inferni...
... In epig...
... alamis, æ...
... ad p...
... 29, μ...
... Geryo...
... negot...
... in...
... Aristop...
... res cista...
... (γ...
... Vestā...
... terra...
... &...
... inter...
... bus nu...
... (Apollin...
... & tyran...
... dicte...

diſteria, & ſuperbas irriſiones toto obſi-
dionis tempore.

GEPHYRAEI (Herodoto autore) pe-
regriini & aduenæ Athenis habitant.

γη.) Iellus, cum ſedes ſit omnium ur-
bium, turrigera fingitur.

γηγενεις.) Terrigenæ, terra nati, p-
prie Adam & Eua: quia non è coitu orti. Per
abufionem, omnes homines. Ariſtopha-
nes in Nubibus, philoſophos terrigenas
appellat, quaſi impios, & deorum oppu-
gnatores. Dicuntur etiam terrigenæ, qui
terrena cogitant.

Terram, uetus opinio eſt, à uentis exa-
gitatam moueri.

γηζώντων.) terra uiuentium: id eſt, ui-
ta quæ expectatur, remota à morte, & li-
bera doloribus.

γηζέλασαν σιωπῶν μίγνυσι.) Terræ mare
milcer: Prouerbiū, de ualde iratis.

GETHUSA, urbs Libyæ: unde Gethu-
ſæus, Gethuſius, uel Gethuſites.

γηκληραρχική.) Athenienſes hoſtili ter-
ra capta, ciuibus eiectis, agros inter ci-
ues ſuos forte diſtribuebant.

γηροσκω δὲ ἀεὶ πολλὰ διδάσκόμεν.)
Semper diſcendo plurima ſcio ſenex.

Prouerbiū, de ijs qui ætate fiunt pru-
dentiores.

γηραιός.) At ille quamuis ſenex, & lon-
giſſimo iam tempore utroque pede ca-
ptus, ita ut ne equo quidem uehi poſſet:
tamen robuſtiſſimi adoleſcentis inſtar,
laboribus non defatigabatur: ſed lecti-
ca in aciem ferebatur.

γηροτεροφῶ.) Sophocles: Ut ſua ſenectē
perpetuò ab illo ſuſtētaretur: donec ad
reſceſſus inferni dei perueniſſent.

γηρω.) In epigrammate: Atramētario
cum calamis, æuum propagat famā de-
ſunctorum ad poſteros.

γηροβνη διαμάχεσθαι τετραπύλω.) Cū qua-
dricipiti Geryone dimicare, qui Herculi
multum negocij faceſſit: hoc eſt, aggre-
di hominem inexpugnabilem. Sic autē
notat Ariſtophanes Lamachi galeam,
quæ tres criſtas haberet.

γῆς ἀγαλμα.) Ielluris ſimulacrū. Mulie-
rē fingūt Veſtā. i. tellurē, tympanū geſtā-
tē, quòd terra in ſe uentos concludat.

γῆς βάρη, & γῆς ἄνερα.) Telluris onus,
& telluris inſteſtina: id eſt, lumbrici. De
hominibus nullam ad rem utilib.

γῆς ὀμφαλός.) Terræ umbilicus, tem-
plum Apollinis.

γίγαντιῶν.) affectum eſſe inſtar gigan-
tum, & tyrannico animo.

γίνεται.) Ea quæ fiunt, tribus rationib.
fiunt: alia æquitate quadā, & propter re-

porā, ſeu diſpenſatione, κατ' οἰκονομίαν (ut
uulgò dicunt) alia approbatione, κατ' ὁ-
δοκίαν: alia conſeſſione, κατ' ἀποδοκίαν.
ca quæ facta ſunt, utiq; euenerunt:
γινόμενα uerò (ca quæ fiunt) uel eueniūt,
uel non eueniunt.

γλάμων.) Solent medici oſtentationis
ergò patrias etiam plantarū nominare,
ut tithymallū Laconicū, Cyrænicū ſuc-
cum, ut Smyrnæum. πῖ δὲ καὶ νεοκλείδης ὁ
γλάμωνος σὲ λοιδορῆς; Quid tum, ſi Neocli-
des lipp⁹ tibi maledixerit? Is malè audiebat,
ut ſycophanta, & peregrinus, & fur.

GLANIS uates, frater Bacidis.

γλαῦκος εἰς ἀθλίνας.) Noctuas Athenas.
De ijs qui merces inutiles apportant. nā
ea quidem auis frequens eſt Athenis. &

γλαύκειον ὄν, noctuinum ouum.

GLAVCVS Caryſtius pugil x x v
Olympiade coronatus, etiam Pythia ter-
uicit, Iſthmia decies, toto corpore robu-
ſtus. Qui cum araret: uomerem caſu ela-
pſum, manu pro malleo uſus, repoſuit.
Quod conſpicatus pater, Olympiam eū
perduxit, luſtaturū. Qui cum, ut homo
imperitus, ab aduerſariis uulneratus, ceſ-
ſurus eſſet: patrem clamante ferunt, πῶς
ἔτι ἐπ' ἀρότρα, Ictum infer qualem aratro:
Cum igitur uiolētius percuffiſſet aduer-
ſarium, uictoriam eſt adeptus. Statua e-
ius rudibus eludentis ſpeciē præ ſe fert:
quòd ſolers fuit manuum agitator.

γλαῦξ ἰπταται, Noctua uolat. Noctua
uolatus, uictoriæ ſignum habebatur.

γλαῦκος λαυριώτικῆ.) Noctua Laurio-
tica. De pecunioſis. nam in Laurio Atti-
cæ ſunt auri metalla. Nummis autem au-
reis noctuas inſculpebant.

γλαῦκος τέχνη, Glauci ars. Prouerbiū, de
ijs qui aliquid facilè cōficiūt. à Glauco
Samio quodā, cōſtatiōis ferri inuētore.

γλίχρον.) Ego uerò ab iſtis auelli uix
poteram, & tenaciter iſti (εὐθείας fortaf-
ſe, pro ἀληθείας) futilitati inhærebam:
ut qui uerè per ſomnium locupleta-
tus eſſem.

γλωσσαλία.) Boni patris fili, ego quò
dam adoleſcens, linguam quidem igna-
uam, manū autē habui operoſam. Nūc re-
periclitata, uideo mortalibus linguā, nō
facta, omnium rerum eſſe ducem.

γλώσσα ποὶ πορεύης.) Lingua quò uadis?
Vrbem euerſura, & inſtauratura. Prouer-
biū, de ijs qui oratione ſua uel profunt,
uel nocent.

Aequitas.

Approbatio.
Conſeſſio.
γλαῦκος.

γινόμενα.

Medicorum
oſtentatio.

Manus pro
malleo.

Conſtatio
ferri.

Lingua
Manus.

γλώσσαργον ἦθ' (Θ.) De hominibus expeditis & garrulis.

Oratione
semper uis
Etor esse ue-
lis. γλωσσιμαπκὰ.) Lingua tu quidē polles. Virū ego uerò scid̄ neminē Bonū, q̄ perpetuò uideri uult se rectē dicere.

Humores.
Sapores.
Siccitas. γλώττα.) Lingua plerisq; saporib. humectatur, à nōnullis etiā siccatur: ut piper, falfamētis, & alijs infinitis, quāuis eā gustabilia sint: nō quidē quatenus sapida sunt: sed ob tactilem aliquā qualitatem, cuiusmodi est siccitas. Neq; enim siccus panis siccatur, aut etiā bellaria fortasse, & similia: sed quia sicca sunt, aut calida, humorem linguæ extrahūt. Linguā autē facultate quidē oportere humidam esse, non autē actu, ex eo cōstat: quòd qui lingua sunt aut humecta nimis, aut arida, hi gustabilia non percipiunt. eaq; de causa humidior iusto lingua saporē nō sentit, q̄ humor, qui ei inest, cū sapidus sit, & primū illam attingat, linguæ tactus est, ipse percipiendum se præbens, proptereaq; non sinens externa percipi. Cuius rei signum est, quòd ij qui aliū saporē prius gustarunt, præsertim uehementiorē, posteriores non percipiunt.

Gustatus.
Oratio. ὅτι πλὴν γλώτταν.) Lingua natura fecit ad duas functiones: quarum una cōfert ad id ut simus: qui gustatus est, & saporū diiudicatio: altera, ut nobis benè sit, quantum scilicet ad sermonē attinet. Sic eadē natura etiā respiratiōis duo munera fecit: unū ad id ut simus (nā ad interni caloris refrigerationem cōfert) alterum ad id ut bene sit nobis, uidelicet ad sermonē. Vocis autē (id quod necessariū Naturæ munus est (καὶ διφραμονῆς αἰτίον, lego) & causa conseruationis) materia est, aer qui expiratur. Effectrix causa, natura est: instrumentalis, aspera arteria, quæ est fistulæ instar. Ferè itaq; adolescentes magis uocales sunt, quod læuem eā habēt: senes uerò minus, quod eādē asperā. Finis linguæ est, significatio: ideo tributa animātī, ut per eam animi affectiones declaret. Ac sermonis quidem materia, est uox: effector uerò, animus rationis particeps: instrumenta, lingua, palatū & dentes: finis, explicatio cogitationum. Instrumentum uocis, sunt fauces.

Volucres
garrula. τῶν πτερωτῶν.) Volucres quæ linguam habent, & genas hominibus cōsimiles, uoces humanas imitari possunt: ut picæ, psittaci, & similes.

γλώττη πολεμίζειν.) Lingua uti p̄ gladio.
γλωττοσπορεῖν.) Versare linguam, uersutum esse in dicendo: aut negocia peruer-

tere, & abundare uerbis. Aristophanes: Nisi linguam uersare didicero, periero.

γλοιός.) Lubricus, ardelio: sic dicuntur improbi, leues, mutabiles, ij qui animo claudicant, & nihil stabile cogitant, cum quidem aliud profiteantur, aliud sentiant & agant, ob lubricum & perfidum ingenium. Usurpatur etiam de inquinato, sordido & tenaci. Translatio sumpta est à denfato balneorum oleo: cui qui innititur, labascit.

γλυκῆ ὁ πάρος Φύλακος ἐκλελοιπὶς (Θ.) Dulcia poma sunt absente custode. De ijs qui sine labore fruuntur alienis.

τρώγων γλυκερὰ πικρίας ἔχεις τρώπους.) Edens dulcia, moribus eris acerbis. ὀνειροκρητιόν.

γλυκὸ μέλι καὶ πικρὰ.) Dulce mel uel suffocet. Terpandro canente, & ad cantum hiante, quidam sicu in fauces eius coniecta, hominem suffocauit.

γλυκὸς ἀγκών.) Dulcis cubitus: p̄ suauibus moribus.

γλυκὸς ἀπείρω πῶλ (Θ.) Dulce bellū in experto. De ijs qui ex imperitia res periculosas suscipiunt.

γλυκυσίδη.) Quæ & Pœonia dicitur, radix medica, ui laxandi (ut medici tradūt) prædita.

πὸ γλυκὸ ὕδωρ.) Aqua dulcis frigidior est quàm falsa.

γνάφαλα.) Visus sibi quidam frumentum tomētī loco habere in culcitra, marem genuit.

γνώθι σεαυτὸν.) Cognosce te: Chilonis scitè dictum. Pertinet prouerbium ad eos, qui de se plus profitentur, quàm prestare possunt.

γνώθι σεαυτὸν, καὶ τὸ νόμισμα παραχρησάσθην.) Cognosce te, & monetā ad altera. Pythica præcepta sunt, quæ iubēt opinionem popularē contemni, ac à uulgari potius consuetudine quàm à ueritate recedendum esse. (τὸ, διὰ λεωφόρον μὴ βαδίζειν.) γνωματῶν.) Alia disputant, alia discernunt.

γνώμη.) Arrianus: Hic diuino fuit ingenio, dum uiueret, ac recessit ad superos.

γνώμη.) Nullum ius armis potentius. Quisquis enim uiribus potior est, equo-
ra semper & facere & dicere putatur.

γνώμη.) Qui putat uidere se ea quæ nō uidet, in eo iam non tam oculi peccant, quàm ipsa mens.

ΓΝΟΜΟΝΕΜ' ἰσολαρίων inuenit Anaximander.

γνώριζω.) Eū si ego nunc tibi facio no-

tam, id facio quod proverbio dicitur, tuum tibi somnium ut narrem.

γνώσιμα πρῶτον.) Notius bifariam dicitur: aut simpliciter & per se, ut prius posteriore: aut nobis, quod est natura postremum, compositum scilicet.

γνώσιμοι.) Pythagoras Samius discipulos habuit amplius DC.

γνώσις.) Omnia cognoscuntur aut similitudine quadam, & (uenia uerbo nono detur) identitate, aut dissimilitudine & diuersitate. Album enim, & albi & nigri collatione dijudicamus. nam quod est nigro contrarium, album est. ac naturam eiusdem & diuersi, in constituenda cognitione permistam esse perhibent. γνώσιμα χησῶσι.) Mutare sententiam, amplecti id quod iustum & decorum est: aut, & suam imbecillitatem, & aduersariorum uires intelligere.

γνώσις.) Mi Oedipe, nota, non ignota mihi Adestis expetentes, satis enim scio, Vos laborare omnes: & cum laboretis ut ego, Nemo uestrum est qui aqua laboreat.

Νῆ ἡμεῖς quidē dolor ad unū solum pertinet Per sese, nec latius patet. Meus uerò animus Et rem publicam, & me & te simul gemit.

GNYRI filius fuit Anacharsis, sed matre Græca natus.

γυνήλιον.) Mulieres, ut ne uoraces esse uideantur, placentas rotundas faciunt, quo frugaliores putentur.

γοητεία.) Goetia, magia & pharmacia, inuenta à Persis & Medis, differunt. Magia enim est inuocatio dæmonum beneficorum, ad bonum aliquid efficiendum: cuiusmodi fuerunt Apollonij Tyanei oracula. Goetia, manes inuocatione elicit: dicta à lamētis & fletibus, qui ad sepulchra fiunt. Pharmacia uerò, cū uenenū aliquod letale certo modo paratur, per os ingeritur.

GOLIATHES, uir Palæstinus ingens, quatuor cubitorum & doctantis, armis præceritati corporis respondens, ornatus.

γολύσσης.) Gulussa Numidarum rex.

γόνυ κνήμης ἑγγύον.) Genu crure propius. De ijs qui (semetipsos plus alijs diligunt) alios plus semetipsis diligunt. (Lego ἑαυτῶν ἑωτέρως μᾶλλον ἑτέρων ἑγγύωντων.) Nonnulli de ijs intelligunt, qui cognatis suis aliquid præstare debeant.

GORGAS Charmantidæ F. Leontinus, rhetor, Empedoclis discipulus, magister Poli Agrigentini, & Periclis, & Isocratis, & Alcidas Eleatæ, qui & in schola illi successit. Fuit & frater Herodici medici. Et si autem Porphyrius eum in

Olympiadē LXXX refert: tamen sciendum est, eum esse antiquiorē. Hic Oratoria disciplinæ uim elocutionis & artis tribuit: & tropis & metaphoris, & allegorijs, & hypallagis, & abusionibus, & traiectionibus, & cōduplicatis, & repetitionibus, & apostrophis, & cōparibus usus. Exigebat à quolibet auditore minas XC: uixit annos CIX. Scripsit multa.

GORGONES, tres mulieres, ad Thrasum, siue fluuiū siue locū Africa habitantes, uultibus adeo terribilibus, ut eas intuentes morerentur: quarum unā Perseus falcata hasta interfecisse traditur.

GORGVS, Messenius, nulli ciuium opibus & nobilitate secundus, adulta ætate pugil celeberrimus euasit. Nā & splendore, & uitæ instituto, atque et numero coronarum, nemini suæ ætatis cedebat. Idem gymnasticis certaminibus relictis, cū ad Rēpub. gerendam & patriæ negocia procuranda se contulisset: in eo quoque genere gloriam non minorem illa ueteri esse consecutus. Nā & plurimum abesse à stupore, pugilibus inesse solito, & summa industria prudentiaque præditus esse, in publicis negocijs administrandis, putabatur.

GORDIAEVS, Septem. apud Maced. GORTYNA, urbs Cretæ, ab heroe Gortye. Dicitur & Gortyn & Gortys: dicta & Larissa & Cremnia. Est & Gortys insulæ nomen.

γοητεία γένασσμαι ἢ βάρβαρον, ἔδ' ἐπ' ἑμαυτῶν κλαύσσαι.) Desinā supplex esse barbaræ puellæ, nec meam sortem deplorabo.

γωνία.) Aristophanes: Monstrans hisce regularum subtilium rationes, & uerborum sinuosos flexus.

γραμμάτις.) Literas Phœnices inuenerunt, unde Phœniciæ dictæ sunt, quas cæ admū fuerunt primum in Græciā attulisse. Medicinā Apis Aegyptius, quā Aesculapius auxit.

γραμματική.) Grammatica est scientia legendi & scribendi. γραμματικῆς, Literator, qui prima elementa docet.

γραμμῆ, linea est, superficiei finis: aut longitudo tantum sine latitudine. πρὸ βαίνει νῦν ὡς θυμὸς, γραμμῆ δ' αὐτῆς: Progredere nunc anime mi, hi sunt carceres.

GRATIANVS audita Valētis patris morte, dānataque eius aduersus Christianos sæuitia, missos ab illo in exiliū celeriter reuocauit, restituit bonis, & dānis compensatis: Legeque concessit omnibus, ut securè & absque contentione in suis ecclesijs cōuenirent, soli que templis arcerentur Eunomiani, Photiniani, Manichæi.

γραῦς.) Anicula paupercula, capta pedibus,

Inuenta Gorgias.

Idem et pugil et magistratus bonus.

Pugiles stulti.

Literæ. Medicina. Apis. Aesculapius.

Valentis edita et rescissa.

Heretici arcentur templis.

Aqua meo dicata.

dibus, ob bonam famam aquae Pæoniæ, huc uenit aliquando, cum baculo queruo repens.

ἄνους ἀνακροτήσασα πολὺν κενιορτὸν ἐγείρει. Anus ubi plaudere cœpit, magnum excitat puluerem. De ijs qui propter peritiam rerum, multa negocia mouent.

ἄνους.) Anus, instar equi sepulchrum habebis, in uoragine torrētis. De ijs qui meritò ultimo supplicio afficiūtur: sicut equi senio confecti, in torrētes & fossas præcipitantur.

ἄνους σέρφι.) Anus Seripha. De ea quæ uirgo consenuit. Metaphora sumpta à locusta agresti, quam anum Seripham & uatem uocant.

ἄνους χορδῶν.) Saltat anus. De ijs qui aliquid præter ætatem agunt, nam adolescentulas decet saltatio.

ἄνους ὕθλων.) Aniles fabulæ. De uerbis inanibus.

ἄνους πικρὸν καὶ λευκῶδες ἐταυρῶν.) Non idē est (pictura) scriptura, & Leuceus. De ijs qui dissimiliter (pingunt) scribunt.

ἄνους φεῦδος.) In mōnimentis defunctorū pingebantur ampullæ olei.

Sycophantica mina.

ἄνους φουκαίσε φόνων.) Reum te facio cædium, & uiolatarum legum, apud Rhadamanthum. Aristophanes: Arguam eū Medis prodidisse Græciam.

GRAECI, à pagō quodā, aut à Græco.

GREGORIUS, Nazanzenus episcopus in Cappadocia, uir clarissimus, Basilij Cæsariensis in eadē Cappadocia episcopi necessarius: non solum grammaticus & ingeniosus poeta, sed multo magis etiam in philosophia exercitatus, & orator solers. Soluta oratione scripsit multa: ut eius opera uersuū millia xxx compleant, de quibus hæc sunt. De obitu fratris Cæsarij: Funeris in suū parentem: aliā in Corgoniam sororē: de pauperibus amāndis. Laudes Maccabæorū, laudes Cypriani, laudes Athanasij, laudes Heronis philosophi. Contrā Iulianum imperatorem orationes duæ. De Spiritu sancto oratio una, Panegyricæ orationes x: aliæq; plurimæ, notæ omnibus. Secutus est dicendi genus Polemonis Laodicēsis, qui Smyrnæ docuit, præ-

Scripta Nazanzeni.

ceptoris Aristidæ rhetoris. Scripsit & alium librum uersibus hexametris, uirginitatis & cōiugij colloquium, & de alijs argumentis, diuersis & omnis generis uersibus, quorum summa est ad xxx millia. Superstes adhuc, alio ecclesiæ suæ episcopo designato, ipse in agro uitam

Dicendi generis.

solitariā exegit. Annos amplius xc natus, xlii Theodosij imperatoris anno, excedit è uita, haud dignum uirtutis suæ præmium consecutus, ut qui principis urbis sedem nō obtinuerit, prælatis de-terioribus uito uirtute & claritate uitæ omnibus antecellenti.

Gregorius, Nyssenus episcopus, frater Basilij Cæsariensis, uir & ipse clarissimus, omniq; doctrina refertus, magis tamen eloquentiæ studiosus. Itaq; in ea multū profecit, & illustris euasit, ut quisquā ueterum. Scripsit orationem contra Eunomium egregiam, & librum admirandum de opificio hominis, & alios plurimos sermones, & in Cantica canticorum: & in Ecclesiasten: & ad sororē Macrinam, prolixam & perelegātem cōposuit orationem, aliæq; multa scripsit: & nunquā satis prædicatam laudationē protomartyris Stephani: itemq; uitam Gregorij, qui miraculis claruit.

Gregorius, qui & Theodorus Thaumaturgus, Neocæsariæ Ponti episcopus: admodum adolescēs, ob doctrinā Græcarum & Romanarum literarū, è Cappadocia Berytum, inde Cæsaream Palestinæ se cōtulit, unā cum fratre Athenodoro: quos seorsim etiam ad Christi fidem adductos, Origenes sui admiratores effecit. Annos igitur quinque, apud eū eruditi, in patriam remittuntur. A quo eum Gregorius discederet, Panegyricā grati animi ergò Origeni scripsit orationem: & omnibus indigenis conuocatis, ipso etiam Origene præsentē, recitauit: quæ etiamnum extat. Scripsit metaphrasin in Ecclesiasten, breuem illam quidē, sed admirandam orationem. Scripsit & epistolam multas atq; uarias. Factus episcopus, signa & miracula, quæ uires hominis superant, edidit. Decessit sub Iuliano. Huius frater Athenodorus rhetor fuit. Scripsit & de Incarnatione & fide librum.

Gregorius frater Hermiæ philosophi, planè contrarius Hermiæ, supra modum acutus, & ad quæstiones & disciplinas expeditus: alioqui uerò nō quietus, nec placidis moribus, sed propè concitatus. Cum autem Athenis Alexandriam uenisset, in morbum incidit, ut paruus eius usus esset: nec ea uis ingenij, quæ pridē fuerat, superesset.

ἄνους φουκαίσε φόνων.) Reum te facio cædium, & uiolatarum legum, apud Rhadamanthum. Aristophanes: Arguam eū Medis prodidisse Græciam.

ἄνους φουκαίσε φόνων.) Reum te facio cædium, & uiolatarum legum, apud Rhadamanthum. Aristophanes: Arguam eū Medis prodidisse Græciam.

habet reconditum: & *ἔχει Φώδης λόγος*. In lo pueri Homerum Molestia affecerūt, gripho Musis propicijs cōtexto. *ὄσ' ἔλομεν λιπόμεσ'*: ὄσσι δ' ὄσσι ἔλομεν Φερόμεσθα. Quæ cepimus, reliquimus: quæ non cepimus, ferimus.

GRONIA, urbs Phocidis: unde Groniensis. A' Grynia, quæ est Troadis, sit Grynensis.

ἢ δῖανος γρῦ.) Dionis gry. Prouerbum, 10 de re parua & uili.

GRYLLVS Xenophontis F. qui in pugna ad Mantineam occubuit, & alter Diodorus.

GRYTTVS quidā, ut effœminatus, malè audijt. Alij Grypum scribunt, qui fuerit depygis.

GYARO, insula, una ex Sporadibus, in qua mures ferrum corrodere ferūtur.

GYGES Lydus, & ipse suscepto regno, 20 cum exercitu Miletum & Smyrnam est adortus, & Colophonem urbem cepit.

Præterea nihil memorabile gessit, cū regnasset annos duo de quadraginta. Hūc igitur his expositis misū faciamus. Ardymerò Gygis successorē referam, qui & Prienenses subegit, & Miletum oppugnauit. Hoc Sardibus dominante, Cim-

merij sedibus suis per Scythas uagabūdos pulsi, in Asiam profecti, Sardeis ur-

30 bem præter arcē cæperūt. Ardy XLIX regni anno successit Sadyattes: regnauit annos XII. Sadyatti Halyattes: qui Cyaxari ex posteritate Deiocis, & Medis bel-

lum intulit, & Cimmericos Asia expulit, & Smyrnam à Colophone conditā euer-

tit, & in Clazomenas impetū fecit. unde tamen nō ex animi sentētia recessit, magna clade accepta. Alias quoq; res ges-

40 sit, dū imperauit: sed has memoratu maximè dignas. Bellū à patre susceptū, cum Milesijs gessit. Adequitans enim oppugnabat Miletū, hoc modo: Cum segetes in agris maturæ erāt, cū exercitu aderat, cū fistulis & organis, & tibia uirili & fœ-

minea. Quoties autē in agrū Milesiū ueniebat: uillas neq; diruebat, neq; crema-

bat, neque fores auellebat, sed suo loco relinquebat: uastatisq; agris & arboribus, recedebat. Nam cum mare tenerēt 50 Milesij, locum obsidionis non habebat exercitus. Suburbanis uerò ædificijs par-

cebat Lydus, ut terrā consererent, & excolerēt, ut ipsorū culturam uastare possent. Hac ratione bellum annos XI duxit: quo tempore duas magnas plagas acce-

pere Milesij, in pugna ad Limeneiū ter-

ra suæ, & Mæandri planicie.

GYGIS anulus. De solertibus & callidis. Nam Gyges cū pastor esset, ac terramotu humus discessisset: cadauer inuenit, cui anulū detraxit, ea ui præditū, ut p cōuersione palæ, cerneretur & nō cerne retur. cui⁹ anuli opportunitate usus, antecessore occiso, regnū ipse occupauit.

γύης ὄσσι ἔνεσ' αὐτῶ.) Dentale illi nō inest. Prouerbum, in eos qui aliqua in re sunt inutiles.

γύλιος.) Fiscella militaris uascularia, oblonga, in acutum desinens, ut ne frangatur: in qua reponabant caseum, & oleas, & cæpas. Dicit hęc penus militaris.

GYLON, cum Nymphæum, Ponti castellum, prodidisse crederetur, exulauit: & in Scythiam profectus, uxorem duxit: è qua suscepit duas filias, quæ Athenas in patriam missæ nupserūt, altera Philocharidi, altera Cleobulo.

γυμνασία.) Dialectica ad tria est utilis: ad exercitationem, ad cōgressus, ad philosophicas disciplinas. Exercitationem uel eā dicit, quæ fit inter differendū (accepta em à socijs disputationis problemata, p̄babilibus argumētis cōfirmat:)

uel in utranq; partē differendi rationē. Vsitatū enim fuit hoc sermonis gen⁹ ueterib. ita ut ea ratione in plerisq; cōgressibus uterētur: nō in libris, ut nunc. neq; enim tū erant tales libri: sed thesi aliqua posita, in ea exercētes inuentionē suam, argumētando rationes afferebāt, p̄babilibus rationib. p̄positū asserētes. Huiusmodi libros & Aristoteles & Theophrastus scripsit, q̄ ex p̄babilib. opposita cōfirmant. Ad talē igitur exercitationē uti-

lè esse dicit dialecticā. Nā si quā methodum, qua argumēta inueniantur, habeamus, quæ est locorū cognitio, facilius argumētari poterimus. ut enim in oratorijs exercitationib. q̄ diuidere q̄stiones norūt, & ordinē capitū p̄spiciūt, facilius argumētantur: sic etiā in dialecticis, qui methodū norūt, ijs uberior argumento rum copia supererit ad institutū. Est itaq; huiusmodi exercitatio disputationū, utilis ad inuentionē eorū q̄ inquirunt, & ueritatis: cū animū ad philosophiā ita præparet, sicut arte adhibita exercitationes corporis uires cōfirmāt. Eodē enim modo animi exercitatioes, adhibita methodo, animo suū robur præstāt. Suum autē animi ratione præditi robur est facultas, qua uerū & inuenit, & iudicat. Reliqua suo loco explicantur, in uerbo *ἐν τῷ ἔργῳ.*

GYM-

Dialecticæ utilitates.

In utranq; partē differere.

Methodus, id est ars et perfecta rei cognitio, de serios & copiosos facit.

Animi robur, uerit et inuētio, & dijudicatio.

s amplius... imperatoris... gnum uirtutis... ut qui... uerit, præ... e & claritate... s episcopus... & ipse clar... tus, magis... Itaq; in ea... alit, ut quis... nem contra... orum admitt... & alios plur... ra canticorum... ororē Macrian... em cōposuit... scripsit: & n... ationē protome... uitam Grego... Theodorus Th... Ponti episcop... ob doctrinā Gr... a literarū, e... e Cæsaream Pa... m fratre Athe... iam ad Christi... nes sui admira... ir quinq; apud... ituntur. A' qu... eret, Panegyr... ni scripsit orat... renis conuocac... sente, recitat... Scripsit metap... uem illam quā... onem. Scripsit... arias. Factus ep... ula, quæ uires... Decessit sub... enodorus rhet... carnatione &... rmię philosoph... ię, supra modum... es & disciplin... d nō quietus, p... propè concitati... Alexandriam... lit, ut paruus... genij, quæ p... ὄμηρον ἡμαρ... Griphus, p̄cep... quæ aliquid in... habet

GYMNASIA tria fuerunt Atticæ, Academia, Lyceum, Cynosarges,

GYMNASIVS, Sidonius sophistes, Imperatoris Cōstantini tēporibus. Scripsit declamationes, & in Demosthenem commentarium, & alia quædam.

γυμνήται.) Hic olim animo uirili in nuda se exercuit uita.

γυμνοποδία.) Planipedia. Cœtus puorum Sparta Laconicæ, qui hymnos dijs canebāt, in honorem Spartanorum, qui Thyreis occubuerant.

Somnij explicatio.

γυμνός καθεδρεῖς, σῶν ὑποκειμένης πραγμάτων.) Nudus sedēs tuis cedes bonis. ἀνεροκερικόν.

GYMNOSOPHISTAE, philosophi apud Babylonios & Assyrios.

Miseria et inopia pro uerbis.

γυμνόπερ.) Nudior ialemo. De miserabilibus. Ialemōs uox est, quæ in fletu usurpatur. Eodem modo dicitur, Nudior pistillo. Aristophanes uerò, Cæcior pistillo dixit. Nudior leberide: id est, exuijs serpentis & cicadæ. Alij pro nudior aut cæcior, ponunt inanior. Sic, Nudior clauo: de egentissimis.

γυμνῶ φυλακῶ δὲ τιτὰ τῆς.) Nudo excubias mandas. De ijs qui per inopiam exequi mandata nequeunt.

γυμνοῖ ἑράκεις.) Fœminaccipitres. In promptu habēt isti ueneri nepotuli speciosas causas, quib. irretiāt mulierculas.

Alia pro uerbis

γυμνοῖς ἀρ ἀντὶ τέτυξο.) Mulieri fuisti similis: apud Homerum.

γυμνοῖς ὄλεθρος.) Mulieris pestis. De ijs qui miserabiliter perierunt: id quod accidit multis per mulieres.

γυμνοῖς πυγή.) Mulieris nates. De ignauis, quòd domi est manendū mulierib.

γυμνοῖς ἠρακλείδης ἔφοιτῶ.) Mulier fanū Herculis non frequentat. De ijs qui res se indignas gerunt, ex eo quòd Hercules seruiuit Omphalæ.

γυμνοῖς ἐράτηγῆ.) Mulier exercitum ducit. De re inopinata.

γυμνοῖς μερόλη.) Magna mulier, quæ scilicet uiro pusillo dominatur.

Epicurens.

γυμνοῖς.) Cuias est iste cinædus Malæ sapientia studens, & in impijs Epicuri sermonibus sese exercēs, & uoluptatibus, quas ille homo, effœminatus uerres celebrabat?

γυμνοῖς σκιά.) Vulturis umbra. De nullius præcij rebus.

γυμνοῖς τὸν Φυσῶς.) Gyrgathum inspiras. De ijs qui frustra laborant. Gyrgathus lectus est, in quo paralyticos & furiosos uersant.

DAGON, idolum Allophylorū, cui captam testimonij arcā dedicarūt. δάκεις, ἢ δάκροι.) Daci, qui nunc Patzi naciæ dicuntur.

δακνόμεν.) Lacedemoniorum exercitatio est: Vtinam ædifices, ac terrā egerras, & equos alas, & uxor tua mœchum habeat: quòd hæc omnia sumptuosa & noxia sint.

DACIA, regio trans Istrum, in quam Traianus colonos misit, eandemq; Aurelianus reliquit, nam Illyria & Mysia afflicta, cū fieri non posse crederet ut provincia illa medijs fluuijs intercepta conseruaretur, colonos Romanos, inde deductos ex urbibus & agris, in media Mysia collocauit, eamq; Daciam appellauit: quæ nūc sita in medio, utramq; Mysiā separat. Stephanus. Dacia, regio prope Borysthenē. Dacos uocamus Daos. Getas uerò uersus Pontum uergentes: Daos (Daos) qui è contrario ad Germaniā & Istri fontes incolūt. Apud Atticos seruorū nomina sunt Dauī & Getæ.

δακτυλι.) Hannibal, Carthaginensium imperator, Marcello consule interfecto, cadueri astans, ut omnia uulnera in petore esse uidit, ut militem probauit, ut ducē derisit: detractōq; anulo eius, epistolas obsignauit. Anuli è succino, & burnei, profunt mulieribus.

δακτύλιος ἡμέρα.) Dactyli dies. De fortunatis. Dactylus enim quidā Athenis fuit, maximos adeptus honores.

DALDIS, urbs Lydia.

δαλδός εἰς πῦρ.) Torris in ignem. Pro uerbum.

δαμασίφρονα χρυσόν.) Pindarus appellat aurum, quòd domet atque decipiat mentem.

DAMASCIVS, Stoicus philosophus, Syrus, Simplicij & Elamitæ Phrygum familiaris. Floruit Iustiniani Imperatoris temporibus. Scripsit commentarios in Platonē, ut de principijs, & philosophicam historiam.

DAMASVS Romæ episcopus, uersificator ingeniosus. Multa breuiter heroi co carmine comprehēsa edidit, & octogenarius sub Theodosio imperatore decessit. Scripsit & alia multa.

DAMASTES Sigeensis, è Sigeo, promontorio Troadis, Dioixippi filius, ante bellum Peloponesiacum uixit, æqualis Herodoti, ex antiquissimis historicis. Scripsit de rebus in Græcia gestis. De parentibus,